



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 78. Bimestris dilatio novæ electionis decreta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

§. LXXVII.

Sæcul. XV.  
A C. 1439.

*Sessione XXXV. Basileensis Synodi.*

Nec tamen graves istæ Principum quæ  
relæ a Basileensibus impetrare po-  
terant, quo minus illi in ea, quæ destina-  
verant, præcipiti impetu ruerent, &  
cæpta demum consilia exequerentur.  
Quapropter die secunda Mensis Julii tri-  
gesimam quintam celebrabant Sessionem,  
*Sede Apostolica*, ut ajebant, *vacante*. Ubi  
tamen nova, atque diuturna alteratio  
oriebatur ex quæstione, an expediret il-  
lico novum creari Pontificem, vel an  
potius electio pro bono Ecclesiæ differen-  
da esset; Præcox quorumdam opinio e-  
rat, novam electionem omni modo ma-  
turandam esse, sic exigente Ecclesiæ uti-  
litate. Verum Joannes Segoviensis ce-  
lerem novi Pontificis electionem huma-  
ni quidem, illius vero dilationem ad bi-  
mestre divini consilii rem fore affirmabat,  
dicebatque, honestatem, ac decentiam  
quantumvis forte periculosam, satius esse  
sequi, quam utilitatem securam.

§. LXXVIII.

*Bimestris dilatio novæ electionis  
decreta.*

Vicit Segoviensis sententia, unde Patres  
bimestrem dilationem decreverunt,  
in

Sæcul. XV. in hoc morem gerentes Sessionis septem  
A C. 1439. mæ statuto, quo præceptum erat, ut si  
cra Sede vacante, non nisi elapsa se-  
ginta dierum intervallo ad novi Pontificis  
inaugurationem procederetur. Pre-  
terea iidem, ut Concilii sui firmitati pro-  
spicerent, declararunt, quod facta Eu-  
genii depositione per recessum quorundam  
que ab hac civitate Basileensi non sit,  
censeatur Concilium dissolutum, sub quo  
cunque obtentu, nisi consentientibus du-  
bus partibus ejusdem Concilii, juxta decretum  
undecimæ Sessionis ejusdem Synodi. Usque  
hoc decretum magis adhuc firmarent,  
ad illius executionem selecti sunt Prela-  
torum nonnulli; quos de stabilitate  
appellarunt, hinc & prædictæ Sessionis  
inscriptio facta est de stabilitate Concilii.

### §. LXXIX.

*Pestis Basileam sœve depopulata.*

Vix absoluta erat Sessionis ista, cum ecclæ-  
sævissima lues tanta vi Basileam de-  
vastat, & undique graffatur, ut ex Pe-  
tribus plurimi Synodus dissolvere, ac ci-  
tata fuga sibi consulere meditarentur.  
Hujus mali vi e vivis excessit Ludovicus  
Protonotarius, cuius supra meminimus.

*Æn. Sylv de Paucis ex post diebus Patriarcha Aqui-  
gest. Conc. lejensis, magnus Regis Arragonie E-  
Basili. in Fast. leemosynarius, Lubecensis, & Constan-*